



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola XLVII. Ioannis Papae VIII. Ad Carolvm Calvvm Imperatorem.
Nuntiat se Adelardum episcopum Veronensem excommunicasse, quod
Nonantulanum monasterium inuasisset.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

tiuis deprædationibus plurima huic sanctæ Dei Romanæ ecclesiæ damna multipliciter inferant. Quapropter bene visum est nobis literas nostras tibi transmittere , ut vel decem bona & expedita achelandia ad portum nostrum transmittas , ad litora nostra de illis furibus & piratis Arabibus expurganda. quod citius & sine aliquo impedimentoo agere poterunt, adiuuante dextera Excelsi, quæ principibus apostolorum intercedentibus concertabit, & auxiliabitur illis : in quo , mihi crede, gratum animum püssimo imperatori facies , si in hoc admonitiones nostras audieris : quia cum sit Christianissimus Dei amator , & ecclesiarum Domini feruidus propugnator ; non poteris illum tibi gratiorem reddere , quam si tantum hanc sanctam ecclesiam per te studueris adiuuare , quæ prima ecclesiarum magistra & caput est , maxime cum in hoc facto eidem a Deo protet semper Augusto , & in hoc sæculo gloriam , & in futuro acquiras sine fine coronam. Deus omnipotens te & qui tecum sunt protegat , & contra inimicos Christi potenti dextera tueatur. Data xv. Kalendas Maii , indictione x.

EPISTOLA XLVII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD CAROLVM CALVVM IMPERATOREM.

Nuntiat se Adelardum episcopum Veronensem excommunicasse , quod Nonantulanum monasterium inuasisset.

Ioannes episcopus ad imperatorem.

SACRIS vestræ imperialis clementiæ auribus gloriofissime imperator Auguste Adelardi Veronensis episcopi inobedientiam , & temerariam præsumptionem , quam non solum in nostro contemptu , sed etiam in vestræ celsitudinis peregit iniuriam præsentibus referre apicibus iure curauimus & merito : nam superna vos maiestas sanctæ suæ ecclesiæ nobis commissæ patronum inuictum , defensorem potentem , & strenuum adiutorem concessit , ut in omnibus ecclesiasticis vtilitatibus vnde perpetuā habere gloriam mereamini , quasi vindicem Dei habeamus ministrum. Igitur cum eumdem Adelardum episcopum venerabile

rabile monasterium Nonantulæ situm , quod pro Dei, tantique loci reuerentia , nullus vnquam episcoporum , vel iudicium in beneficium quæsiuit, timorem diuinum paruipendendo , contra sacras præcessorum nostrorum, nostriue priuilegii institutiones, quibus de propria semper congregatione abbatem fieri iubetur , callide petiſſe , ac per hoc illicita præſumpſiſſe, omnimodis reperiſſemus; auctoritate apostolica eum excommunicare stu- duimus; * vt eaque ipſe tenere canoniciſ eum correptio- * Deceit ali- nibus, prout nobis auctoritas apostolica ſuffragatur, pro- quid.
cul dubio arguemus, vt digno verbere caſtigatus, & cano- nico nexu ligatus obedientiam diſcat feruare, qui abſolu- tus ecclesiasticis , atque canoniciſ noluit obediſre præce- ptis. Data vt ſupra.

EPISTOLA XLVIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.
AD IOANNEM, ANSPERTVM ET VVAIPERTVM
ARCHIEPISCOPOS.

Eiusdem argumenti.

Ioannes episcopus Ioanni Rauennati, Anſperto Mediolanensi, d^o
** VVaiperto Aquileienſi archiepiscopis.*

* f. Val-
perio

SANCTI magnique Nicæni Concilii præcepta ſecuti , Concil. Nicæn. C. 12. quæ iubent, regularem epistolam per vnamquamque prouinciam obtineri, ne hi qui abiiciuntur ab aliis reci- piantur; fraternitati vestræ notum eſſe volumus Adelar- dum Veronensem episcopum auctoritate ſedis apostolicæ priuilegii communione priuatum: quoniam cœnobium Nonantulæ, quod ſemper apostolicæ ſedis, & noſtræ ipsius auctoritatis priuilegio munitum nullius inuafionis viſu- patione detinebatur, ſed ſoliu hucusque abbatis e gremio fratrum eleſti atque prælati moderamine regebatur, ſub- ripuit, ſuisque viſibus, coartatis extrema egestate mona- chis, applicauit: & eatenus etiam poſt frequens interdi- ñum noſtrum opprimere, ſæculariumque manibus diſpar- titum prodere non formidat, contra ſanctorum patrum re- gulas, nec non & aduersus apostolicæ ſedis & totius fan- ðæ Synodi ſententiam, quam miſſis per ſingulas prouin- cias literis notam vobis omnibus fecimus, in communio-

Concil. Tom. 24.

I